

Alte Drucke

APOLOGIA || FRANCISCI || MONTANI PRO SOCIETATE || IESV IN GALLIA. || CONTRA ANTONII ARNALDI || Aduocati Parisiensis Philippicam. || Ex Gallico in ...

Richeome, Louis

Cracoviae, 1597

Caput XIV.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-154864

CAPVT XIV.

Tertia propositio Hæretica Arnaldi.

ALIA hæresis à priore non multum diuertens illa est, cum agis, *Papam in Reges nullam potestatem habere, cumq; assentatorum, vel potius vulpiū more exemplis mala fide adductis persuadere conaris, Romanas excommunicationes à Principibus nihili pendendas esse, præcipuè tum, cum Papa temporalis aliquid potestatis in regna sibi sumit: cum Christus dixerit: Regnum meum non est de hoc mundo. Verum si Reges Ecclesiæ caput reuereri & colere debent, vt antea demonstraui, rectè colligitur. Ecclesiæ caput, patremq; Christianorum accepisse in eos, nimirum membra & filios Ecclesiæ, aliquid potestatis, aliàs frustra esset caput & pater, cum iuxta Logices præceptiones, relata sese mutuò consequantur, ponant, & tollant. Quamobrem si Dominus est, oportet vt & subditi sint, qui Domini monitis ausculent. Porro quod summi Pontifices, & alii Ecclesiæ Prælati excommunicare possint, euidenter patet ex testimoniis Scripturæ, Sanctorum Patrum, & experientia: & hanc potestatem inficiari, est hæreticorum insanix & ignorantix succinere. Neque operæpretium arbitror, in huius rei probatione immorari: illud constat, Ecclesiam hac potestate non uti, nisi cum id non modò ratio, sed & necessitas postulat. Nam excommunicatio omnium illarum pœnarum, quas Ecclesia infligit, longè seuerissima est, & vt S. Augustinus ait, mors animæ, & quod in veteri lege faciebat mortis supplicium in corpore, id modò facit excommunicatio in anima. Hoc, inquit iste Sanctus Doctor, nunc agit in Ecclesia excommunicatio, quod agebat tunc interfectio. Et comparat id, quod dictum est in Deuteronomio, *Auferes malum de medio tui,**

Ioan. 18.

Quanta poena
excommunicatio.

In Deut. 9. 59.

cap. 24.

TVBAC

1

tui, cum eo, quod ait S. Paulus, *Auferte malum ex vobis ipsis*: 1. Cor. 13. ibi per mortem corporis, hinc per mortem animę, quę est excommunicatio. Et vt illi, qui interficiebantur, non ampliũs erant de numero Iudæorum: parĩ ratione qui excommunicantur, delentur & separantur à populo Dei, membra spiritaliter emortua, & à corpore mystico Ecclesię præcisa. Excommunicatio est magnus ille gladius omnipotentis manus, quem Ecclesię suę dedit, quo non vtitur, nisi necessitate cogente in rebelles, contumaces, alioque medicamentĩ genere non sanabiles: neq; vibrat Ecclesia hunc gladium, vt perdat, ait D. Augustinus, sed vt inuet, vtque iuxta verbũ Lib. de uera Relig. cap. 6. D. Pauli, resipiscant, & denuò in vnitatem Ecclesię coalescant. Mors enim, quam infert iste gladius, potest per poenitentiam reparari, quod est legis gratię priuilegium, quo 1. Cor. 5. 2. Theff. ult. lex Mosáica carebat, in qua mors corporalis reparari non poterat.

Quod si qui sint, qui pertinaciter, & contumaciter in sua nequitia perseuerent, illi propter commune totius corporis bonum, meritò experiuntur ictus huiuscemodi pondus & grauitatem. Ergone, dixeris fortasse, Imperatores & Reges subiiciuntur Ecclesię potestati & iurisdicciónĩ? Quis dubitet, cum sint oues Christi? Licet is, quem tenent, supremę dignitatis locus, pastorem meritò commonefacere debeat, vt ipsorum rationem habeat, neq; prius vrat aut secet, quàm aliis omnibus medicamentis frustra tētatis & adhibitis. Hoc Regibus à pastore concedi potest & debet; non autem vt ab hac potestate penitus eximantur: quia eiusmodi exceptio eò in maiorem Ecclesię perniciem cederet, quò illis amplior suppetit nocendi facultas, si non timoris aliquo freno coërceantur. In Rege quidquid est, magnum & conspici- Omnia in rege cum est, siue virtus, siue vitium. Hinc si potestate, qua magna & conspicua pollet, abutatur ad vitium, cohiberi certè nequit, nisi maior potestas

potestas accedat. Hinc excommunicationis gladius in multos Reges vſitata & vtili praxi ſæpiùs multis in locis exercitus eſt; ſi non ſemper exoptato fructu, id non culpa cenſurę, ſed vitio hominum accidit. At quod ais, *excommunicationem à multis Regibus contemptam*, noſſe debes, non ob id fuiſſe meliores & laudabilioreſ. Nam quibus bona mens & conſcientia, hiſ gladius iſte ſemper, *etiam iniuſtus eductus*, vt loquitur S. Gregorius, horroři & terrori fuit. Theodoſius Imperator, & S. Ludouicus Rex, ambo armis inclyti, magis hunc gladium, quàm immenſa hoſtium caſtra pertimeſcebant. Aliuſ fuerit improbiſ animuſ, aliuſ ſenſuſ: quid tum? Improbitaſ id fecit, neque propterea effugere potuerunt, quò minùſ peruiacaciſ ſuę contumacię & propteruię dignaſ pœnaſ perſoluerent. Quòd ſi adhuc horum exemplo docere contendiſ, floccifaciendum eſſe excommunicationiſ anathema, rerumque diuinarum interdiktum; licebit tibi eadem argumentandi forma probare, nihiſ laborandum eſſe de inferorum tormentiſ, cùm permulti athei infernum non alio, quàm aniliſ fabulę loco habeant.

Prætermiſſo igitur priore reſponſo, poterai aliud Galliaſ magiſ honorificum reſponſum dare, cum multis aliis Caroluſ Molinæuſ ſecutiſ, videlicet Reges Galliaſ à Pontificibuſ ea immunitate fuiſſe donatoſ, vt ne excōmunicari poſſint. Sed ego reſpondiſſem, & iam quoque reſpondeo, ſi te hoc telo tueri veliſ, Molinæuſ parum fideliter annumerāſſe verba & ſententiā Bullę Gregoriū IV. dicentiſ; *noſtros Reges non poſſe excommunicari ab aliquo Epicoſcopo, ipſo Papa neſciente aut non conſentiente*. At bonuſ iſte vir contextu Bullę extendit & amplificat, permotuſ fortaiſſis regula illa Iuriſ, *quę iubet odia reſtringi, fauoreſ ampliari*: Sed meminiſſe debebat, id faciendum iure & ratione, non gloſſa mendaci. Prodituſ quidem eſt, hitoriariuſ monumentiſ, S. Ludouicuſ

S. Greg. Hom.
26. in Euang.
Urbanuſ Papa
epiſt. ad omneſ
Epiſc. 11. q. 3.

Molinæi frauſ.

Dē Reg. Iuriſ
in 6.
Reg. 15,
Du Tillet in ſu
iſ memor.

uicium

uicum Regem, & alios nonnullos Reges hoc priuilegium accepisse, sed personalis erat hæc prærogatiua, non omnium communis. Neq; potest id sine vitio in exemplum trahi, quod quibusdā tantum singulari gratia & fauore conceditur. Adde, quòd hæc ipsa exempla manifestè ostendunt, Pontificem habere potestatem excommunicandi. Nam qui potestate præditus est aliquem à legis obligatione eximendi, is utique etiam præditus est potestate lege illa eundem obstringendi. Neque Pontifex tantum, sed & reliqui Episcopi ab Ecclesia segregare possunt Reges, vbi non obstat peculiare, vt in Gallia, priuilegium.

Priuilegium S.
Ludouici.

De Reg. Iuris
in. 6.

Reg. 74.

CAPVT XV.

De temporali potestate Pontificis in Regem.

QVOD ad temporalem potestatem attinet, ea propriè & directè competit Principibus politicis, non Papæ. Nam vt Christus non more temporalis regis, sed vt spiritalis imperauit, iuxta illud: *Regnum meum non est de hoc mundo*: ita & Vicarius Christi, quā talis, non aliam sibi potestatem, quàm spiritualem vsurpat; nisi iis in ditionibus, quas instar Principis politici possidet, non titulo Vicarij Christi. Quamobrem Dux sui ducatus Dux est, & Rex sui regni Rex: & nequidquam hinc te fatigas, tempusq; & otium teris; vt id, quod tibi vltrò damus, nobis probes, alatis ex penetralibus tuorum locorum communium mirificis flosculis, geminisq; illis versiculis:

Nec regna socium ferre, nec tædæ sciunt,

Si duo Soles sint in mundo, omnia incendio peribunt.

Qui tamen alibi tibi potuissent esse vsui; deterius illud arbitror, quod dum verborum tam prodigus es, in grandè impietatem animoq; planè perniciosam delaberis. *Et si constat,*

Potestas temporalis propria est principum temporalium.

Dried. lib. 2. de liber Christ.

Franc. Viç. li. 2. de fide cap.

76. 77. 78. Sotus in 4. sentët.

Sanderus de uisib. Monarch.